

1287, juliol, 10

*Berenguer de Gornal promet als marmessors de Pere de Fontclara, als quals ha venut la fàbrega de Vilobí, que farà firmar la venda pels seus fills Pere, Berenguer i Ramon.*

ASD núm. 273, perg. orig., 185 x 255 mm.

Sit omnibus notum quod ego Berengarius de Guarnallo, dominus castri de Uilalbino, per me et omnes heredes et successores meos promito per firmam stipulacionem uobis Arnallo de Campis, clerico et Bernarda de Camonibus, manumissoribus testamenti Petri de Fonteclaro condam et successoribus uestris tenentibus helemosinam quam dictus Petrus de Fonteclaro condam instituit in ecclesia Sancte Marie de Puellis Gerunde me facturum et curaturum quod Petrus et Berengarius et Raimundus filii mei, cum etatis fuerint cartam firmandi ad monicionem uestram unius mensis nobis factam, firment, laudent et concedant sine uestra missione et dampno illam uendicionem quam uobis et dicte helemosine perpetuo per liberum et franchum alodium feci de fabrica de Uilalbino et obligacionem quam ex alia parte uobis feci de quibusdam honoribus pro soluendis annuatim quindecim migeriis fabarum helemosine ad quas dicta fabrica iam fuerat assignata quam uobis uendidi sine honore earundem fabarum, et etiam alia contenta in cartis confectis de dictis uendicione et obligacione cum carta firmata et iurata, prout melius fieri possit ad uestrum bonum intellectum et comodum ac successorum uestrorum. Et nisi fecero et pro defectu predictorum feceritis aliquas missiones uel sustinueritis dampnum uel grauamen, totum uobis restituere promito, et inde credamini uestro simplici uerbo, sine testibus et iuramento. Et propter hoc oblige uobis et successoribus uestris me et meos heredes et successores meos et omnia bona mea habita et habenda ubique, iurans per Deum et sancta .rrn.or Dei Euangelia corporaliter tacta hec omnia atendere et complere.

Actum est hoc .VI. idus iulii ano Domini .MCCLXXX. septimo ..

Sig+num Berengarii de Guarnallo predicti, qui hoc firmo et iuro. Testes sunt Bernardus de Scala, Petrus de Sancto Celedonio, Uitalis de Chexanis, dues Gerunde, et Petrus de Tetzono, miles. Sig(s. man.)num Berengarii de Guarnallo'.

Eg(s. man. )o Bisullunus Burgesii, tenens locum Raimundi de Toyloano, publici Gerunde notarii, hoc scripsi et clausi.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 571-572